



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius
Coloniae Agrippinae, 1674**

XXII. Ad eundem. Dn. verè. Anno præterito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

28 D. HIERON. EPIST.
humanitatistuæ atque justitiæ , accusantem
præhendere, non respondentem. In scripturatur
si placet, campione nostro invicem dolore lud
imus.

XXII. Hieronimus Augustino Episcopo. Familia
est commendans Praesidium Romanum euno
tem, & detum multibus heretico-
rum conquerens.

Dominio verè sancto & beatissimo papæ Au
gustino Hieronymus in Christo salutem, An
no præterito per fratrem nostrum Aeterium
hypodiaconum dignationituæ epistolam misce
ram , promptum reddens salutationis officium
quam tibi arbitror redditam. Nunc quoque pe
lancutum fratrem meum Praesidium diaconum
obsecro primum , ut memineris mei. Deinde
bajulum literarum habeas commendatum ,
mihi scias germanissimum , & in quibuscum
que necessitas postulaverit , foveas atque su
stentes : non quod aliqua re Christo tribuent
indigeat : sed quod bonorum amicitias avidil
sime expetat , & se in his conjungendis maxi
mum putet beneficium consequutum. Cur au
tem ad Occidentem navigaverit , ipso poteri
narrante cognoscere. Nos in monasterio con
stituti, varijs hinc inde fluctibus quatimur , & per
grinationis molestias sustinemus. Sed credi
mus in eo, qui dixit : Confidite , ego vi
mundum : quod ipsotribuente & præfule , con

MAN.16.

tra hostem diabolum victoriam consequemur.
Sanctum & venerabilem fratrem nostrum papam
Alipium ut meo obsequio salutes obsecro Sancti
fratres, qui robiscum in monasterio Domino
servire festinant, oppidò te salutant. Incolu-
memente & memorem mei Christus Dominus no-
ster tueatur omnipotens, domine verè sancte &
iuspiciende papa.

XXIII. Hieronymus Ripario presbytero cuius laudat
studium in Purgandie Ecclesie a dogmatis heretico-
rum, & exemplo patientie sua hortatur
illum, ut continenter defendat
Ecclesiam.

Dominō verè sancto, atque omni mihi affectis
done venerabili Ripario Hieronymus in
Christo salutem Christi te adversum hostes ca-
tholicæ fidei bella bellare, & tuis literis, & mul-
torum relatione cognovi, ventosque esse contra-
rios, & in perditionem mutuam fautores esse per-
ditionis, qui defensores seculi esse deberent. Ta-
men scias, in hanc provinciam nullis humanis
auxiliis, sed propriè Christi sententia pulsū esse
non solū de urbe, sed de Palæstinæ quoque fini-
bus Catilinam: nosque dolere plurimum, quod
cum Lentulo multi conjurationis socii remaner-
unt, qui in Joppe remorantur. Nobis autem me-
lius visum est locum mutare, quam fidei verita-
tem, ædificiorumque & mansionis amoenitatem
amittere, quam eorum communione maculari,

€ 2.

qui-